eundem Terminum primum peremptorium, Ut et alios omnes exinde consequentes causa eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, Pro maiori minorennitate, Successionem legatione intra vel extra Regnum, servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos officij praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel duplicatis, Evasionibus Suspensionibus, fatalibus Juris praescriptione Terri bello Convocationesque, ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Haec sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

1922

Zamoyski Obrembskiego Quietat.

1333

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosus Stanislaus Casimirus Zamoyski Sacrae Regiae Maiestatis Capitaneus, Sanus mente et Corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet Se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosum Casimirum Obrembski pro bene sui Cohortis Vexilliferum ad praesens vero Subdapiferum Parnaviensem, eiusque posteros

1923

pertinos, de summa Quinq Millium Trecentorum Octuaginta Florenorum Polonicalium ex Summa Originali Tredecem Millium Noningentorum Septuaginta # Florenorum Polonicalium qua summa Originalis ex Summa primi Sexdecem Millium Trecentorum Sexaginta duorum Florenorum ac grossorum Quindecem Polonicalium provenit, sibi Recognoscenti Scripto certo manuali Vulgo Rescedl dicto ad Thesaurum Regni, ratione residuæ mercedis per olim Illustrem et Magnificum Joannem in Zamoscie Zamoyski Palatinum primo Kiouiæ postea vero Sandomiriensem, Vi tunc Regia Maiestatis Colonellum, de actu et data illius Scripti Varsaviæ die Decima Sexta Mensis Maij Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono assecurattæ, seu ad Thesaurum Regni ad solvendum designatæ, et demonstratæ Scripto eodem de præmissis latiori, per eundem Vero Generosum Casimirum Obrzinski Subdapiferum Varsaviensem, Vigore Cessionis in Curia Regia Varsaviensi Feria Sexta in Vigilia Festi Sancti Laurentij Martyris Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono in se Recognoscentem in rem et personam ipsius ratione præmissorum factæ et recognitæ, a Thesauro Regni cividæ et ad Summam prænominatam Quinq Millium Trecentorum Octuaginta Florenorum Polonicalium Conjecta Tractatum Universalis Exercitus Exolvi auctoramenti in Commissione Generali Leopoliensi Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Tertio conclusum) reductæ et diminutæ ob præstitam sibi Recognoscenti summæ eiusdem Quinq Millium Trecentorum Octuaginta Florenorum Polonicalium per eundem Generosum Casimirum Obrzinski Subdapiferum Varsaviensem realem et effectivam persolutionem quietat, emittit, dimittit, liberumq et absolutum perpetuo facit et pronunciat, sibi Recognoscenti suisq Successoribus ratione præmissorum omnium perpetuum imponendo silentium.